

## Pax Christi. I.

Nr. 58)

[= Nscr. a. 11

198]

Sæpe inasor turbulentis sollicitudinibus quæ me amicis absentibus operam quæ de-  
betur dare non permittunt. Imo ne presentibus quidem si maxime velim ad-  
esse illa in se possum adeo distinguere, ut agere debere benevolus esse possim. Ex-  
tra iocum si quando sum mecum nihil magis in me damnare soleo, quàm quod  
sic iactor, sic fluctuo, sic discorpor, et ubi desiderem esse imprimis officiosus  
(nempe in epistolis ad amicos veteres missitandis) ubi plerumque necessitas  
vel rerum incumbentium me cogat officio deesse. Quod si vota laboribus et  
terrestribus si precatiunculas arumque aspersas officijs amicitia adnumerar.  
(quantum hæc sane imbecillis superbia est) liquet mihi deierare me  
quamlibet distractum subinde meos quasi ferentarios vestris triaribus iuxisse.  
Sin solidius aliquod et certius bonæ curæ amoris propter argumentum requi-  
ris tam eluere culpam non possum quam cogor in hanc partem cebrinus per-  
are. Nam quid agam. Spartem uactus sum. De turba verum vestrarum  
cogitatio eo mihi est acerbior quod ad publicas lacrymas privati lapsus me-  
ror accedit. non enim ignoro in mea illa detestata neque doct. Albe-  
ti me iudicio gravissimo, neque bonorum conscientia satisfecisse. Filium vero  
illustrissimum humanæ gentis heras qui molem immanem peccatorum nostro-  
rum tulit et pertulit in inuicissimum corpore suo super lignum miseratur Ec-  
clesia sua, miseratur et nostri propter nomen suum. Amen. Si quod precii  
um opera est in suspirijs hominis melancholici, esse cum lacrymis (ut saepe  
ante hæc) causam vestram simul et meam Pontino suffliciter commemorabo.  
Munus tuum et datoris benevolentia et bonis auspicijs commendatum istius  
nostrum longo gratissimum fuit. De adolescentibus faciam quæ poterit et  
lubenter. Nostra res mediocres sunt etiam nunc sed tamen habent ali-  
quod incrementum, et spem certe non proprus vanam ostendunt. pueri om-  
nes hæctenus bellissime valent. Dei beneficio et ego quæ cum uona co-  
iuge satis commode vivo, nisi quod sic inuolucris tum domesticis tum  
Scholæ, ut vix illum ducere tranquillum spiritum possim, abstrahor nunc ita  
a scribendo neque possum ut maxime cupiebam prolixius cum amicissimo  
fratre et patrono colloqui. Vale cum familiari tuo D. Petro et D. Docto-  
re et amicis ceteris. Duisburgi 1580. Pentecostes. mane. 1580.

Multis nominibus tibi obnoxius

Johannes Melanus.

Nr. 59)

[= Nscr. a.

11, V. 199]

Bartholomæo Mevrolori meo affm 9. 1580  
Ex tuis literis facile coniecto Bartholomæe, quid de mea institutione lo-  
quantur homines. Nam quas tu mihi quæso plagas scholarum memoras?  
quæ verbera? quæ ferulas? quam duram demum seruitutem tuus animus  
prospicit parrere ista de nobis ignarum vulgus miser, quam te ista cre-  
dere et epistolis mandare. Non potest in hac mundi laxitate morum ta